

P R A E F A T I O.

mensam, ut abyssum misericordiae, ut sapientiam inperscrutabilem, ut sanctitatem sincerissimam, justitiam inculpata, bonitatem suavissimam, pulcritudinem absolutissimam, comitatem amabilissimam, amabilitatem jucundissimam, denique; ut beatitudinem voluptuosissimam spectamus: quae sunt praecipua puncta vitae contemplativae, octo totis capitibus à nobis comprehensa. Quae contemplatio quia citra orationem institui nequit, ea propter sequuntur decem capita de Oratione & laude Dei. Ad extremum quia abesse non potest quin hoc studium devotionis & pietatis Christianae persecutionibus sit obnoxium, placuit per tredecim capita de Patientia in crucis, deque; spiritualibus afflictionibus & illarum superandarum ratione tractare. Faxit summus Deus ut omnes simus fideles Christi imitatores, neque; vitae illius innocetissimae nos pudeat, sed sequamur agnum Dei quicumque ierit, ut illo duce perveniamus ad fontes aquae vitae, & abstergatur omnis lachryma ab oculis nostris, A M E N.

Recensus